

32

In Nomine Domini Amen. Cum summum bonum sit iustitiam colere et uniuscuique sua jura servare et hi qui sua casibus fortuitis perderunt munimenta, renovatione scripturarum possint, in eorum jurisdictiones conferri. Pro inde Nos Albertus Dei gratia Sanctus Gnesnensis Ecclesie Archiepiscopus et Primas. Significamus tenore presentium quibus expedit universis, presentibus et futuris notitiam presentium habituris quomodo licet inquirendo de juribus Scultetorum Ville nostre Archiepiscopalis Jacochow in districtu Lovicunensi Jure Suedensi. Item Providor Petrus Mathiam et Laurentium predictae ville Jacochow in districtu Lovicunensi Scultatos privilegium super eadem scultatia sua habere non comperimus quam vis quandam litteram consensus Bromisii olim Archiepiscopi et administratoris in spiritualibus et temporalibus Ecclesie Gnesnensis super eisdem Scultatiis resignatione sibi factae coram nobis produxissent. Quia tamen juxta tenorem eisdem litteris ne non est testimonio fide dignorum super hoc receptorum testimonio invenimus eisdem Petrum Mathiam et Laurentium et suos antecessores, a tanto tempore cuius initii hominum memoria non existit eandem Scultatiam cum iuribus infrascriptis habuisse tenuisse et possessisse, pacifice et quiete. Ideoque prænominatos Petrum Mathiam

& Laurentium, consideratis eorum probitatis meritis
gratię ꝛ fidelitatis servitiis Nobis & Nris predecesso-
ribus per eos impensis, & in posterum anxios
fidelitatis studio, Dante domino impendentis
circa predictam Scultetiam & jura ipsius sub
ratihabitione Venerabilium Fratrum nostrorum
Capituli Gnessensis duximus conservandos
& conservamus eademque jura presenti privile-
gio roboramus perpetuo valitura. Itaque
delict quod dicti Petrus Matthias & Lauren-
tius cum suis successoribus legitimis nomi-
ne dictae Scultetiae Villa Jacochae habeant jure
hereditatis perpetuo temporibus suis man-
sor tertiam tabernam, & tertium hortulanum
sive hortum, a Nris censibus & exactionibus
liberos, tertium denarium Juramentorum
& cujuslibet rei iudicatis. Quam quidem sculte-
tiam cum iuribus suis sic descriptis predicti
sculteti tenebunt habebunt & pro ut hactenus
possederunt in perpetuum possidebunt. Sicutumq;
sit eandem scultetiam de Nris aut Nostrorum
successorum voluntate aut consensu vendere
conmutare & in usus suos beneplacitos con-
vertere. Personae nobis aut dictis Nris succe-
ssoribus placitis & acceptis. Præterea præsumi-
uati Petrus, Matthias & Laurentius Sculteti
& eorum successores ratione hujusmodi
Scultetiae Nobis & Nris successoribus

Servitia facere et impendere, quam admodum
 aliarum Villarum Mensa Nra Archiepiscopa
 lis, in districtu Lovicij, consistunt scultati ser-
 vive consueverunt in perpetuum tenebuntur
 & debebunt. Volumus autem quod infra hinc
 ad quinquennium unus ex eisdem scultatis par-
 tes eiusdem scultatis, ab aliis redimat. ut
 eadem scultatia, ad unum scultatum reducatur
 In cuius rei testimonium & evidentiam
 pleniorum nostrorum & dicti Nri Capituli
 sigilla majora sunt appensa. Actum &
 Datum in Lovij feria quinta infra octa-
 vas sollemnis Pasche Anno Domini
 Millesimo Quadringentesimo Tricesimo
 sexto. Presentibus ibidem venerabili-
 bus, Honorabili & Nobili viris Johanne
 de Foriebrudy fratre Nro cancellario. Guono
 Stanislav preposito Lovicij: Philippo de re-
 torum doctore Kuvulovicij: Ecclesiarum &
 Magistro, Joanne de Viesin rectore Ecclesie
 Parochialis in Danck & Sandivogio capitaneu
 Nro Lovicij: & aliis quam plurimis testibus
 fide dignis ad premissa

Transiit per manus Joannis cancellarii

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]